Ut sine timore de manu ini micorum nostrorum liberati: serviamus illi.
In sanctitate et iusticia corā ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissi mi vocaberis: preibis enim ante faciem domini parare vi as eius.
Ad dandam sciencia salu tis plebi eius: in remissionē peccatorum eorum.

Per viscera misericordie dei
nostri : in quibus visitavit
nos oriens ex alto
Illuminare hijs qui in te
nebris et umbra mortis se
dent : ad dirigendos pedes no
stros in viam pacis.
Gloria patri. Ant. Hec est re
gina virginum que genuit regē
regum velud rosa decora virgo
dei genitrix per quam reperimus
deum et hominem alma virgo
virginum intercede pro nobis
ad dominum deum nostrum.
Domine exaudi orationem

meam. Et clamor meus ad te ve
niat. Oremus. Oro.
Deus qui corda fideli
um sancti spiritus
illustratione docuisti da nobis
in eodem spiritu recta sapere.
et de eius semper consolatione
gaudere. Per. Alia oratio.
Concede nos famulos tu
os quesumus domine
deus perpetua mentis et corp
oris sanitate gaudere et gloriosa
beate marie semper virginis
intercessione a presenti libera
ri tristicia et eterna perfrui le

nia. Per. Alia oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra ut beati iohannis apostoli tui et euuangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per christum dominum nostrum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gratias.

Deus



DEus in adiu
torium meum
intende.
Domine ad
adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula
seculorum. Amen.
Veni creator spiritus
mentes tuorum visi
ta imple superna gratia que
tu creasti pectora.
Memento salutis auctor
quod nostri quondam corpo
ris ex illibata virgine nascē
do formam sumpseris.
Maria mater gratie ma
ter misericordie tu nos ab

Ipſe protege et hora mortis
ſuſcipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de uirgine cum pa
tre ſancto ſpiritu in ſempi
terna ſecula. Amen
Benedicta tu. Pſalmus.
Beatus uir qui non
abijt in conſilio im
piorum et in uia peccatorum
non ſtetit et in cathedra peſti
lencie non ſedit.
Sed in lege domini uolun
tas eius: et in lege eius me
ditabitur die ac nocte.

Et erit tanqm̄ lignum
quod plantatum eſt ſecus
decurſus aquarum: quod
fructum ſuum dabit in tem
pore ſuo.
Et folium eius non de
fluet: et omnia quecumqȝ
faciet ſemper proſperabunt᷑.
Non ſic impij non ſic: ſed
tanqm̄ puluis quem proi
cit uentus a facie terre.
Ideo non reſurgent impij
in iudicio: neqȝ peccatores
in conſilio iuſtorum.
Quoniam nouit domi

nus viam iustorum : et iter
impiorum peribit. Gloria.
Quare fremuerunt gen-
tes : et populi medita-
ti sunt inania.
Astiterunt reges terre et
principes convenerunt in
unum adversus dominum
et adversus christum eius.
Dirumpamus vincula
eorum : et proiciamus a no-
bis iugum ipsorum.
Qui habitat in celis irri-
debit eos : et dominus subsa-
nabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua : et in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius : predicans preceptum eius.
Dominus dixit ad me filius meus es tu : ego hodie genui te.
Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea :

et tanquam uas figuli con
fringes eos.
Et nunc reges intelligite:
erudimini qui iudicatis terrā.
Seruite domino in timore:
et exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam
nequando irascatur domi
nus: et pereatis de uia iusta.
Cum exarserit in breui ira
eius: beati omnes qui confi
dunt in eo. Gloria patri.
Verba mea auribus
percipe domine: intel
lige clamorem meum.

Intende uoci orationis mee:
rex meus et deus meus.
Quoniam ad te orabo dñe:
mane exaudies uocem meam.
Mane astabo tibi et uidebo:
quoniam non deus uolens
iniquitatem tu es.
Neq; habitabit iuxta te
malignus: neq; permane
bunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operan
tur iniquitatem: perdes om
nes qui loquntur mendaciũ.
Uirum sanguinum et do
losum abhominabitur dñs:

ego autem in multitudine
misericordie tue.
Introibo in domum tuam:
adorabo ad templum sanctū
tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iusticia
tua propter inimicos meos:
dirige in conspectu tuo viam
meam.
Quoniam non est in ore
eorum veritas: cor eorum
vanum est.
Sepulchrum patens est
guttur eorum linguis suis
dolose agebant: iudica illos

deus.

Decidant a cogitationibus
ſuis ſecundum multitudinē
impietatum eorum expelle
eos: quoniam irritauerunt
te domine.

Et letentur omnes qui
ſperant in te in eternum ex
ultabunt et habitabis ĩ eis.

Et gloriabuntur in te om
nes qui diligunt nomen
tuum: quoniam tu benedi
ces iuſto.

Domine ut ſcuto bone uo
luntatis tue coronaſti nos.

Gloria patri. aña Benedi
cta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. Capitulum
Felix namque es sacra
virgo maria et omni
laude dignissima quia ex te
ortus est sol iusticie xpistus
deus noster. Deo gratias. ℣.
Diffusa est gratia in labijs tuis.
℟. Propterea benedixit te deus
in eternum. Diffusa est gratia
in labijs tuis. Gloria patri et
filio et spiritui sancto. Diffusa
est gratia in labijs tuis. ℣. Spe
cie tua et pulcritudine tua. ℟.

Intende prospere procede et regna.
Domine exaudi orationem me
am. Et clamor meus ad te ue
niat. Oremus. Oracio

Deus qui apostolis
tuis sanctum dedisti
spiritum concede plebi tue
pie peticionis effectum ut
quibus dedisti fidem largi
aris et pacem. Alia oracio

Famulorum tuorum
quesumus domine
delictis ignosce ut qui tibi
placere de actibus nostris
non valemus genitricis fi

lij tui domini nostri inter
cessione saluemur. Oratio

Ecclesiam tuam que
sumus domine beni
gnus illustra ut beati io
hannis apostoli tui et euan
geliste illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempi
terna. Per christum domi
num nostrum. Amen.

Benedicamus domino.
Deo gratias.



DEus in adiu
torium me
um intende.
Domine ad
adiuuandum me feſtina.

Gloria patri et filio et spi-
ritui sancto.
Sicut erat in principio
et nunc et semper et in se-
cula seculorum. Amen. ℣.
Veni creator spiritus
mentes tuorum vi-
sita imple superna gratia
que tu creasti pectora.
Memento salutis auctor
quod nostri quondam corpo-
ris ex illibata virgine na-
scendo formam sumpseris.
Maria mater gratie ma-
ter misericordie tu nos ab

hoſte protege et hora mortis
ſuſcipe.

Gloria tibi domine qui na
tus es de uirgine cum patre
ſancto ſpiritu in ſempiterna
ſecula. Amen.

Dignare me.

Ad dominum cum tri
bularer clamaui: et
exaudiuit me.

Domine libera animam
meam: a labiis iniquis et
a lingua doloſa.

Quid detur tibi aut quid
apponatur tibi: ad linguã

.. doloſam ..

dolosam.
Sagitte potentis acute:
cum carbonibus desolatoriis.
Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habi
taui cum habitantibus ce
dar: multum incola fuit
anima mea.
Cum hijs qui oderunt pa
cem eram pacificus: cum lo
quebar illis impugnabant
me gratis. Gloria patri.
Leuaui oculos meos
in montes: unde ue
niet auxilium michi

Auxilium meum a dn̄o:
qui fecit celum et terram.
Non det in commotione̅
pedem tuum: neq; dormiet
qui custodit te.
Ecce non dormitabit ne
q; dormiet qui custodit
israel
Dominus custodit te do
minus protectio tua: sup
manum dexteram tuam.
Per diem sol non uret te:
neq; luna per noctem
Dominus custodit te
ab omni malo: custodiat

animam tuam dominus.
Dominus custodiat introi
tum tuum et exitum tu
um: ex hoc nunc et usque in
seculum. Gloria patri.
Letatus sum in hijs
que dicta sunt michi
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes no
stri: in atrijs tuis ihrlm.
Iherusalem que edifica
tur ut civitas: cuius par
ticipatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt
tribus tribus domini testi

monium israel ad confiten
dum nomini domini
Quia illic sederunt sedes
in iudicio : sedes super domū
dauid.
Rogate que ad pacem
sunt ierusalem : et habun
dantia diligentibus te.
Fiat pax in uirtute tua :
et habundancia in turribus
tuis.
Propter fratres meos et
proximos meos loquebar
pacem de te.
Propter domum domini

dei nostri: quesiui bona tibi.
Gloria patri. Ant. Digna
re me laudare te virgo sacrata
da michi virtutem contra hostes
tuos. Capitulum.
Paradisi porta per euam
cunctis clausa est et
per beatam mariam virgi
nem iterum patefacta est.
Deo gratias. Versus. Specie tua
et pulcritudine tua. V. Intende
prospere procede et regna. Spe
cie tua et pulcritudine tua. Glo
ria patri et filio et spiritui sancto.
Specie tua et pulcritudine tua.

V. Adiuuabit eam deus vultu
suo. R. Deus in medio eius
non commouebitur. Do
mine exaudi orationem meã.
Et clamor meus ad te veni
at. Oremus. Oracio
Adsit nobis quesumus
domine virtus spi
ritus sancti que et corda no
stra clementer expurget:
et ab omnibus semper tue
atur aduersis. Per. Oro
Protege domine fa
mulos tuos subsidi
is pacis et beate marie sem

per uirginis patrociniis co̅
fitentes a cunctis hostibus
reddere securos. Per. Oratio.
Ecclesiam tuam q̅s
domine benignus
illustra ut beati iohan̅is
apostoli tui et euangeli
ste illuminata doctrinis ad
dona perueniat sempiter
na. Per xpistum dominu̅
nostrum. Amen.
Benedicamus domino
Deo gratias.



Deus in adiu
torium meũ
intende
Domine ad
adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio et spi
ritui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula
seculorum amen.
Veni creator spiritus
mentes tuorum vi
sita imple superna gratia
que tu creasti pectora
Memento salutis auctor
quod nostri quondam corporis
ex illibata virgine nascendo
formam sumpseris.
Maria mater gratie mater
misericordie tu nos ab hoste

protege et hora mortis su
scipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de virgine cum pa
tre sancto spiritu in sempi
terna secula. Amen. Ant.
Post partum
Ad te levavi oculos
meos: qui habitas
in celis
Ecce sicut oculi servorum:
in manibus dominorum
suorum
Sicut oculi ancille in ma
nibus domine sue: ita oculi

nostri ad dominum deum no
strum donec misereatur nr̄i.
Miserere nostri domine mi
serere nostri: quia multū
repleti sumus despectione.
Quia multum repleta ē
anima nostra: obprobrium
habundantibus et despectio
superbis. Gloria. Psalm.
Nisi quia dominus e
rat in nobis dicat
nunc israel: nisi quia do
minus erat in nobis
Cum exurgerent homi
nes in nos: forte vivos de

glutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransivit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.
Benedictus dominus qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.
Laqueus contritus est:

et nos liberati sumus
Adiutorium nostrum ĩ
nomine domini: qui fecit
celum et terram. Gloria.
Qui confidunt in do
mino sicut mons sy
on: non commouebitur in
eternum qui habitat in ihe
rusalem
Montes in circuitu eius
et dominus in circuitu popu
li sui: ex hoc nunc et usqꝫ in
seculum
Quia non relinquet do
minus uirgam peccatorū

ſuper ſortem iuſtorum : ut
non extendant iuſti ad ini
quitatem manus ſuas.
Benefac domine : bonis et
rectis corde.
Declinantes autem in ob
ligationes adducet dominus
cum operantibus iniqui
tatem : pax ſuper iſrael.
Gloria patri. Versus Post
partum uirgo inuiolata perma
ſiſti dei genitrix intercede pro
nobis. Capitulum
Gaude maria uirgo
cunctas hereſes ſola

84

interveniſti in universo mundo. Deo gratias. R. Adiuvabit eam deus vultu suo. V. Deus in medio eius non commovebitur. Adiuvabit eam deus vultu suo. Gloria patri et filio et spiritui sancto. Adiuvabit eam deus vultu suo. V. Elegit eam deus et preelegit eam. R. Et habitare eam facit in tabernaculo suo. Dñe exaudi orationem meã. Et clamor meus ad te veniat. Oreᵐ.

Mentes nostras que sumus domine pa

raclitus ſpiritus ſanctus
qui a te procedit illuminet
et inducat in omnem ſicut
tuus filius promiſit ueri
tatem. Per. Oratio.

BEate et glorioſe ſem
per qȝ uirginis dei
genitricis marie queſumus
omnipotens deus ut inter
ceſſio glorioſa nos protegat
et ad uitam perducat eter
nam. Per. Alia oratio.

ECcleſiam tuam qs
domine benignus
illuſtra ut beati iohannis

apoſtoli

apostoli tui et euuangeliste
illuminata doctrinis ad dona
perueniat sempiterna. Per
xpistum dominum nostrū.
Amen.
Benedicamus domino.
Deo gratias.



Deus in ad
iutorium me
um intende.
Domine ad
adiuuandum me festina

Gloria patri et filio et ſpiri
tui ſancto.
Sicut erat in principio et
nunc et ſemper et in ſecula
ſeculorum amen.
Veni creator ſpiritus
mentes tuorum vi
ſita imple ſuperna gratia
que tu creaſti pectora.
Memento ſalutis auctor
quod noſtri quondam cor
poris ex illibata virgine na
ſcendo formā ſumpſeris.
Maria mater gratie mater
miſericordie tu nos ab hoſte

protege et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine qui
natus es de uirgine cum pa
tre et ſancto ſpiritu in ſem
piterna ſecula. Amen. an̄
Sicut lilium. pſalmus dauid
In conuertendo dominus
captiuitatem ſyon facti
ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gau
dio os noſtrum: et lingua
noſtra in exultatione.
Tunc dicent inter gẽtes:
magnificauit dominus fa
cere cum eis.

Magnificauit dominus
facere nobiscum: facti su
mus letantes.
Conuertere domine cap
tiuitatem nostram: sicut
torrens in austro.
Qui seminant in lacri
mis: in exultatione metēt
Euntes ibant et flebant:
mittentes semina sua
Venientes autem ueni
ent cum exultatione: por
tantes manipulos suos.
Nisi dominus edifica
uerit domum in ua

num laborauerunt qui
edificant eam.
Nisi dominus custodierit
ciuitatem: frustra uigi
lat qui custodit eam.
Vanum est uobis ante
lucem surgere surgite post
qm̄ sederitis qui mandu
catis panem doloris.
Cum dederit dilectis suis
sompnum: ecce hereditas
domini filij merces fructus
uentris.
Sicut sagitte in manu
potentis: ita filij excussorū.

88

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis nō confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Ps. ad

Beati omnes qui timent dominum: qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis habundās: in lateribus domus tue.

Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mēse tue.

Ecce ſic benedicetur homo:
qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus
ex ſyon: et videas bona iheru
ſalem omnibus diebus vi
te tue.
Et videas filios filiorum
tuorum: pacem ſuper iſrael.
Gloria patri. añt. Sicut li
lium inter ſpinas ſic amica mea
inter filias.
Per te dei genitrix eſt
nobis vita perdita
data que de celo ſuſcepiſti p
et mundo genuiſti ſaluato

rem. Deo gratias. ℟. Elegit
eam deus et preelegit eam. ℣. Et
habitare eam facit in tabernacu
lo ſuo. Elegit eam deus et preele
git eam. Gloria patri et filio et
ſpiritui ſancto. Elegit eam deus
preelegit eam. ℣. Poſt partum
uirgo inuiolata permanſiſti. ℟.
Dei genitrix intercede pro nobis
Domine exaudi orationem me
am. Et clamor meus ad te ueni
at. Oremus. Oratio

Mentibus noſtris que
ſumus domine ſpiritũ
ſanctum benignus infunde.

tamus et sapientia conditi su
mus et prouidentia guber
namur. Oratio.

Concede quesumus
omnipotens et mise
ricors deus fragilitati nostre
presidium ut qui beate ma
rie memoriam agimus in
tercessionis eius auxilio a
nostris iniquitatibus resur
gamus. Oratio.

Ecclesiam tuam que
sumus domine beni
gnus illustra ut beati io
hannis apostoli tui et euã

gelisti illuminata doctrinis
ad dona perueniat sempi
terna. Per xpistum domi
num nostrum. Amen.
Benedicamus domino.
Deo gratias.



Deus in adiuto
rium meum
intende. Domine ad
adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio et spiri
tui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula
seculorum amen.
Beatam me dicent. psalmus.
Letatus sum in hijs
que dicta sunt michi:
in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri:
in atrijs tuis iherusalem.
Iherusalem que edificatur
ut civitas: cuius participa
cio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt

tribus tribus domini testi
monium israel ad confiten
dum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes super do
mum david.
Rogate que ad pacem sunt
ierusalem: et habundancia
diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua:
et habundancia in turribus
tuis.
Propter fratres meos et
proximos meos: loquebar
pacem de te.

Propter domum domini de
i nostri : quesivi bona tibi
Gloria patri.
Ad te levavi oculos me
os : qui habitas i celis
Ecce sicut oculi servorum :
in manibus dominorum
suorum.
Sicut oculi ancille in ma
nibus domine sue : ita oculi
nostri ad dominum deum
nostrum donec misereatur
nostri.
Miserere nostri domine
miserere nostri : quia mul

tum repleti ſumus deſpectione.
Quia multum repleta eſt
anima noſtra obprobrium
habundantibus: et deſpectio
ſuperbis. Gloria patri. Ps.
Niſi quia dominus erat
in nobis dicat nunc iſ
rael: niſi quia dominus erat
in nobis.
Cum exurgerent homines
in nos: forte uiuos deglutiſ
ſent nos.
Cum iraſceretur furor eo
rum in nos: forſitan aqua
abſorbuiſſet nos.

Torrentem

Torrentem pertranſiuit ani
ma noſtra: forſitan pertran
ſiſſet anima noſtra aquã
intollerabilem.
Benedictus dominus qui
non dedit nos in captione den
tibus eorum.
Anima noſtra ſicut paſſer
erepta eſt de laqueo uenan
tium.
Laqueus contritus eſt: et
nos liberati ſumus.
Adiutorium noſtrum in
nomine domini: qui fecit
celum et terram. Gloria.

Qui confidunt in domi
no sicut mons syon :
non commouebitur in eter
num qui habitat in iheru
salem.
Montes in circuitu eius et
dominus in circuitu popu
li sui : ex hoc nunc et usque in
seculum.
Quia non relinquet do
minus virgam peccatorum
super sortem iustorum : ut
non extendant iusti ad ini
quitatem manus suas.
Benefac domine bonis

et rectis corde.

Declinantes autem in obli
gationes adducet dominus
cum operantibus iniquita
tem: pax ſuper iſrael

In convertendo dominus
captivitatem ſyon: facti
ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gau
dio os noſtrum: et lingua
noſtra in exultatione.

Tunc dicent inter gentes
magnificavit dominus fa
cere cum eis.

Magnificavit dominus fa

cere nobiſcum : facti ſumus
letantes.
Conuertere domine capti
uitatem noſtram : ſicut tor
rens in auſtro.
Qui ſeminant in lacrimis :
in exultatione metent.
Euntes ibant et flebant :
mittentes ſemina ſua.
Venientes autem uení
ent cum exultatione portã
tes manipulos ſuos.
Gloria patri. an. Beatã
me dicent omnes generationes
quia ancillam humilem re

ſuent deus.

Beata es virgo maria que dominum portaſti creatorem mundi genuiſti qui te fecit et in eternum permanes virgo. Deo gratias.

Ave maris ſtella dei mater alma atque ſemper virgo felix celi porta.

Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve.

Solve vincla reis profer lumen cecis mala noſtra pelle bona cuncta poſce.

Monstra te esse matrem su
mat per te preces qui pro
nobis natus tulit esse tuus.
Virgo singularis inter
omnes mitis nos culpis
solutos mites fac et castos.
Vitam presta puram iter
para tutum ut videntes ihe
sum semper colletemur.
Sit laus deo patri summo
xpisto decus spiritui sancto
tribus honor unus. amen.
℣ Post partum virgo inviola
lata permansisti. añ Dei geni
trix intercede pro nobis. antiph

Sancta maria . psalmus dauid

Magnificat: anima
mea dominum.
Et exultauit spiritus me
us in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatē
ancille sue: ecce ex hoc beatā
me dicent omnes generati
ones.
Quia fecit michi magna
qui potens est: et sanctum
nomen eius.
Et misericordia eius a
progenie in progenies timē
tibus eum.

Fecit potenciam in brachi-
o suo : dispersit superbos mē-
te cordis sui
Deposuit potentes de sede et
exaltauit humiles
Esurientes impleuit bonis:
et diuites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum
suum : recordatus mīe sue.
Sicut locutus est ad patres
nostros : abraham et semini
eius in secula. Gloria. Aña.
Sancta maria succurre miseris
iuua pusillanimes refoue fle-
biles ora pro populo interueni

pro clero intercede pro deuoto femi
neo ſexu. Domine exaudi oratio
nem meam. Et clamor meus ad
te veniat. Oremus. Oratio.
Deus qui corda fideliū
ſancti ſpiritus illuſtra
tione docuiſti da nobis in eo
dem ſpiritu recta ſapere et
de eius ſemper conſolatione
gaudere. Alia. Oratio.
Concede nos famulos
tuos queſumus domi
ne deus perpetua mentis et
corporis ſanitate gaudere et
glorioſa beate marie ſemp

iungimus interceſſione a pec
libera tui iuſticia et eterna p
frui leticia. Oracio.

Eccleſiam tuam que
ſumus domine benig
gnus illuſtra ut beati iohan
nis apoſtoli tui et euange
liſte illuminata doctrinis ad
dona perueniat ſempiterna.
Per xpiſtum dominum no
ſtrum. Amen.

Benedicamus domino.

Deo gratias.



Conuerte nos
deus salutari'
noster.
Et auerte
iram tuam a nobis.

Deus in adiutorium meū intende.

Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

Sancta dei genitrix.

Usquequo domine obliuisceris me in finem: usquequo auertis faciem tuam a me.

Quamdiu ponam consilia in

anima mea: et dolorem in
corde meo per diem.
Usquequo exaltabitur ini
micus meus super me: respi
ce et exaudi me domine deus
meus.
Illumina oculos meos ne
umquam obdormiam in
morte: nequando dicat ini
micus meus preualui ad
uersus eum.
Qui tribulant me exulta
bunt si motus fuero: ego au
tem in misericordia tua spe
raui.

Exultauit cor meum in
salutari tuo cantabo domino
qui bona tribuit michi. et
psallam nomini domini
altissimi. Gloria patri.
Iudica me deus et di
scerne causam meam
de gente non sancta: ab ho
mine iniquo et doloso erue
me.
Quia tu es deus fortitudo
mea quare me repulisti et
quare tristis incedo dum
affligit me inimicus.
Emitte lucem tuam et

ueritatem tuam ipsa me de
duxerunt et adduxerunt in
montem sanctum tuum.
et in tabernacula tua
Et introibo ad altare dei
ad deum qui letificat iuuē
tutem meam.
Confitebor tibi in cythara
deus deus meus: quare tristis
es anima mea et quare cō
turbas me.
Spera in deo quoniam ad
huc confitebor illi: saluta
re uultus mei et deus meus.
Gloria patri.

Sepe expugnauerunt
me a iuuẽtute mea:
dicat nunc israel.
Sepe expugnauerũt me
a iuuentute mea: etenim
non potuerunt michi.
Supra dorsum meum fa
bricauerunt peccatores: p
longauerunt iniquitatẽ
suam.
Dominus iustus concidet
ceruices peccatorum: confu
dantur et conuertantur re
trorsum omnes qui oderũt
syon.

Fiant sicut fenum tecto
rum : quod priusqm̄ euel
latur exaruit.
De quo non impleuit
manum suam qui metet :
et sinum suum qui mani
pulos colliget.
Et non dixerunt qui pre
teribant benedictio domini
super nos : benediximus no
bis in nomine domini. ps
Domine non est ex
altatum cor meum :
neqꝫ elati sunt oculi mei.
Neqꝫ ambulaui in ma

gnis : neq; in mirabilibus
super me.
Si non humiliter sentie
bam : sed exaltaui animã
meam.
Sicut ablactatus est sup
matre sua : ita retributio
in anima mea.
Speret israel in domino :
ex hoc nunc et usq; in secu
lum. Gloria patri. an̄
Sancta dei genitrix virgo
semper maria intercede pro
nobis ad dominum deum
nostrum. hymnus.

Virgo dei genitrix quē
totius non capit orbis
in tua se clausit uiscera fa
ctus homo.
Vera fides geniti purgauit
crimina mundi et tibi uir
ginitas inuiolata manet.
Te matrem pietatis opē
te clamitat orbis subuení
as famulis o benedicta tuis.
Gloria magna patri com
par tibi gloria nate cum
sancto spiritu gloria ma
gna patri. Amen. cpm
Sicut cynamomum et

balsamum aromatizans
odorem dedi quasi mirra
electa dedi suauitatem odo
ris. Deo gratias. Versus.
Ecce ancilla domini. R. Fiat
michi secundum uerbum tuū.
anti. Cum iocunditate. ps.
Nunc dimittis seruū
tuum domine: secun
dum uerbum tuum in pace.
Quia uiderunt oculi mei:
salutare tuum.
Quod parasti ante faciem
omnium populorum
Lumen ad reuelationem

gentium: et gloriam ple
bis tue israel.
Gloria patri
Sicut erat. Antiphona.
Cum iocunditate memoriam
celebremus ut ipsa pro nobis
intercedat ad dominum deum
nostrum. Domine exaudi
orationem meam. Et cla
mor meus ad te veniat.
Oremus. Oratio
Ure igne sancti spiri
tus renes renes no
stros et cor nostrum domine
ut tibi casto corpore servia

mus et mundo corde pla
ceamus. Oratio
Gratiam tuam que
sumus domine
mentibus nostris infun
de ut qui angelo nunciaan
te xpisti filij tui incarna
tionem cognouimus: per
passionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriā
perducamur. Oro
Ecclesiam tuam qs
domine benignus
illustra ut beati iohannis
apostoli tui et euangeliste

et illuminata doctrinis ad
dona perueniat sempiter
na. Per xpistum dominu͞
nostrum. Amen.
Benedicamus domino.
Deo gratias.



Domine ne
in furore tuo
arguas me:
neque in ira
tua corripias me.

Miserere mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine: quoniam contur bata sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est valde: sed tu domine us quequo.
Convertere domine et eri pe animam meam: salvum me fac propter misericordi am tuam.
Quoniam non est in mor te qui memor sit tui: in in ferno autem quis confite bitur tibi.

Laboravi in gemitu meo laboravi per singulas noctes lectum meum lacrimis meis: stratum meũ rigabo.

Turbatus est a furore oculus meus: inveteravi inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes q[ui] operamini iniquitatem: quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei.

Exaudivit dominus deprecationem meam: dñs

orationem meam suscepit.
Erubescant et conturben
tur uehementer omnes ini
mici mei: conuertantur et
erubescant ualde uelociter.
Beati quorum remis
se sunt iniquitates:
et quorum tecta sunt pecca
ta.
Beatus uir cui non impu
tauit dominus peccatum:
nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inuete
rauerunt ossa mea: dum
clamarem tota die.

107

Quoniam die ac nocte gra
uata est super me manus
tua conuersus sum in erum
pna mea: dum configitur
spina.
Delictum meum cognitu
tibi feci: et iniusticiam mea
non abscondi
Dixi confitebor aduersum
me iniusticiam meam dn̄o:
et tu remisisti impietatem
peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore opportu
no.

Verumptamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circumdedit me: exultatio mea erue me a circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo et instruam te: in via hac qua gradieris firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus.

In camo et freno maxil

las eorum constringe: qui
non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris:
sperantem autem in domi
no misericordia circumdabit.
Letamini in domino et
exultate iusti: et gloriami
ni omnes recti corde.
Gloria patri.
Domine ne in furore
tuo arguas me: ne
que in ira tua corripias
me.
Quoniam sagitte tue in
fixe sunt michi: et confirma

sti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est
pax ossibus meis a facie
peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates
mee supergresse sunt caput
meum: et sicut onus graue
grauate sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee: a facie insi
pientie mee.
Miser factus sum et cur
uatus sum usque in finem:
tota die contristatus ingre

diebar.

Quoniam lumbi mei im-
pleti ſunt illuſionibus:
et non eſt ſanitas in carne
mea.

Afflictus ſum et humilia-
tus ſum nimis rugiebam
a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne deſi-
derium meum: et gemitus
meus a te nõ eſt abſconditus.

Cor meum conturbatum
eſt in me dereliquit me vir-
tus mea: et lumen oculorũ
meorum et ipſum non eſt

meum.

Amici mei et proximi
mei: aduersum me appro
pinquauerunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant
de longe steterunt: et vim
faciebant qui querebant
animam meam.

Et qui inquirebant ma
la michi locuti sunt uani
tates et dolos tota die me
ditabantur.

Ego autem tanquam surdus
non audiebam: et sicut
mutus non aperiens os suum.

Et factus ſum ſicut homo
non audiens: et habens
in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te domine
ſperaui: tu exaudies me do
mine deus meus.
Quia dixi nequando ſup
gaudeant michi inimici
mei: et dum commouētur
pedes mei ſuper me magna
locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella
paratus ſum: et dolor meus
in conſpectu meo ſemper.
Quõ iniquitatem meam

annunciabo : et cogitabo pro
peccato meo.
Inimici autem mei viuūt
et confirmati sunt super me :
et multiplicati sunt qui ode
runt me inique.
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant michi :
qm̄ sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domi
ne deus meus : ne discesse
ris a me.
Intende in adiutorium
meum : domine deus salu
tis mee. Gloria patri.

Miserere mei deus: secun
dum magnam miseri
cordiam tuam.
Et secundum multitudi
nem miserationum tuarū
dele iniquitatem meam.
Amplius lava me domi
ne: ab iniquitate mea: et
a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco: et pecca
tum meum contra me est
semper.
Tibi soli peccavi et malū
coram te feci: ut iustificeris

in ſermonibus tuis et vin
cas cum iudicaris
Ecce enim in iniquitatibus
conceptus ſum: et in pecca
tis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem di
lexiſti incerta et occulta
ſapiencie tue manifeſta
ſti michi
Aſperges me domine yſſo
po et mundabor: lavabis
me et ſuper nivem dealba
bor
Auditui meo dabis gau
dium et leticiam: et exulta

bunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam a
peccatis meis : et omnes
iniquitates meas dele.
Cor mundum crea ī me
deus : et spiritum rectum
innoua in uisceribꝫ meis.
Ne proicias me a facie
tua : et spiritum sanctum
tuum ne auferas a me.
Redde michi leticiam sa
lutaris tui : et spiritu prin
cipali confirma me.
Docebo iniquos uias tu
as tuas : et impij ad te cō

uertantur.

Libera me de ſanguinibꝫ
deus deus ſalutis mee: et
exultabit lingua mea in
iuſticiam tuam.

Domine labia mea aperi
es: et os meum annuncia
bit laudem tuam.

Quoniam ſi uoluiſſes ſa
crificium dediſſem utiqꝫ ho
locauſtis nō delectaberis.

Sacrificium deo ſpiritus
contribulatus: cor contri
tum et humiliatum deus
non deſpicies.

Benigne fac domine in bo-
na voluntate tua syon: ut
edificentur muri ierusalẽ.
Tunc acceptabis sacrifici-
um iusticie: oblationes et
holocausta tunc imponent
super altare tuum domine.
Domine exaudi ora-
tionem meam: et cla-
mor meus ad te veniat.
Non avertas faciem tuã
a me: in quacumq; die tri-
bulor inclina ad me aurem
tuam.
In quacumq; die invocavero

te uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fu
mus dies mei: et ossa mea
sicut cremium aruerunt.
Percussus sum ut fenum
et aruit cor meum: quia
oblitus sum comedere pa
nem meum.
A uoce gemitus mei adhe
sit os meum carni mee.
Similis factus pellicano
solitudinis: et factus sicut
nicticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum si
cut passer solitarius in tecto.

Tota die exprobrabant m̄i
inimici mei: et qui lauda
bant me aduersum me
iurabant.
Quia cinerem tanq̄m pa
nem manducabam: et po
tum meum cum fletu mi
scebam.
A facie ire indignationis
tue: quia eleuans allisisti
me.
Dies mei sicut umbra de
clinauerunt: et ego sicut
fenum arui.
Tu autem domine in eter

num et memoriale tuum
in generatione et genera
tionem.
Tu exurgens domine mi
sereberis syon: quia tempus
miserendi eius quia venit
tempus.
Quoniam placuerunt
servis tuis lapides eius: et
terre eius miserebuntur.
Et timebunt gentes no
men tuum domine: et om
nes reges terre gloriam
tuam.
Quia edificavit dominus

ſyon: et videbitur in gl'ia
ſua.
Reſpexit in orationem
humilium: et non ſprevit
precem eorum.
Scribantur hec in genera
tione: et populus qui crea
bitur laudabit dominum.
Quia proſpexit de excelſo
ſancto ſuo: dominus de celo
in terram aſpexit.
Ut audiret gemitus com
peditorum: et ſolveret fili
os interemptorum.
Ut annuncient in ſyon

nomen domini : et laudē
eius in ierusalem.
In conueniendo populos
in unum : et reges ut serui
ant domino.
Respondit ei in uia uir
tutis sue paucitatem die
rum meorum nuncia mi.
Ne reuoces me in dimidio
dierum meorum : in ge
neratione et generationē
anni tui.
Inicio tu domine terrā
fundasti : et opera manu
um tuarum sunt celi.

Ipſi peribunt tu autem
permanes: et omnes ſicut
veſtimentum veteraſcet.
Et ſicut opertorium mu
tabis eos et mutabuntur:
tu autem idem ipſe es ⁊ an
ni tui non deficient.
Filij ſeruorum tuorum
habitabunt: et ſemen eorum
in ſeculum dirigetur.
De profundis clama
ui ad te domine: do
mine exaudi vocem meã.
Fiant aures tue intendẽ
tes: in vocem deprecationis

mee.

Si iniquitates obseruaue
ris domine: domine quis su
stinebit.

Quia apud te propiciatio
est et propter legem tuam
sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in
uerbo eius: sperauit anima
mea in domino.

A custodia matutina usq;
ad noctem: speret israel in do
mino.

Quia apud dominum mi
sericordia et copiosa apud

eum redemptio.

Et ipse redimet israel : ex
omnib; iniquitatib; eius.

Domine exaudi oratio
nem meam auribus
percipe obsecrationem meā
in veritate tua exaudi me
in tua iusticia.

Et non intres in iudicium
cum servo tuo : quia non
iustificabitur in conspectu
tuo omnis vivens.

Quia persecutus est ini
micus animam meam :
humiliavit in terra vitā

meam.
Collocauit me in obscu
is sicut mortuos seculi: ⁊
anxiatus est super me spi
ritus meus in me turba
tum est cor meum.
Memor fui dierum anti
quorum meditatus sum
in omnibus operibus tuis
in factis manuum tuarum
meditabar.
Expandi manus meas
ad te: anima mea sicut
terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me dñe:

defecit spiritus meus.
Non avertas faciem tuā a me: et similis ero descendē tibus in lacum.
Auditam fac michi mane misericordiam tuam quia in te speravi.
Notam fac michi viam ī qua ambulem: quia ad te levavi animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam. quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus de

ducet me in terram: propt
nomen tuum domine uiui
ficabis me in equitate tua.
Educes de tribulatione
animam meam: et in mi
sericordia tua disperdes ini
micos meos.
Et perdes omnes qui tri
bulant animam meam:
quoniam ego seruus tu
us sum. Gloria patri. Aña.
Ne reminiscaris domine delicta
nostra uel parentum nostrorum
neque uindictam sumas de pecca
tis nostris parce domine parce

populo tuo quem redemisti pre
cioso sanguine tuo ne ineternū
irascaris nobis. Letania sancta
Kyrieeleyson.
Christeeleyson.
Kyrieeleyson
Pater de celis deus miser
ere nobis.
Fili redemptor deus mise
rere nobis.
Spiritus sancte deus mise
rere nobis.
Sancta trinitas unus de
us miserere nobis.
Sancta maria ora pro

nobis.
Sancta dei genitrix. or.
Sancta uirgo uirginũ or.
Sancte michael. or.
Sancte gabriel. or.
Sancte raphael. or.
Omnes sancti angeli et
archangeli dei orate pro
nobis.
Scē iohãnes baptista or.
Omnes scī patriarche et
prophete dei. orate p nobis.
Sancte petre. or.
Sancte paule. or.
Sancte andrea. or.

Sancte iacobe or
Sancte bartholomee or
Sancte mathee or
Sancte thoma or
Sancte iacobe or
Sancte iohannes or
Sancte symon or
Sancte iuda or
Sancte thadee or
Sancte mathia or
Sancte barnaba or
Sancte luca or
Sancte marce or
Omnes sancti apostoli
et euuangeliste dei orate.

Sancte ſtephane. or.
Sancte line. or.
Sancte clete or.
Sancte clemens or.
Sancte ſixte or.
Sancte dyoniſi cum ſo
ciis tuis or.
Sancte georgi or.
Omnes ſancti martires
dei orate pro nobis or.
Sancte ſiluester or.
Sancte hylari or.
Sancte leo. or.
Sancte maure. or.
Sancte benedicte. or.

Sancte

Sancte ieronime or.
Sancte martine. or.
Sancte augustine. or.
Sancte nicholae or.
Sancte gregori or.
Sancte ambrosi or.
Sancte anthoni or.
Sancte paule or.
Sancte ẏuo or.
Sancte brioce or.
Sancte corentine or.
Sancte germane. or.
Omnis sc̄i confessores di or.
Sc̄a maria magdalena or.
Sancta felicitas. or.

Sancta perpetua. or.
Sancta agatha. or.
Sancta agnes. or.
Sancta petronilla. or.
Sancta scolastica. or.
Sancta cecilia. or.
Sancta lucia. or.
Sancta genoueffa. or.
Sancta susanna. or.
Sancta brigida. or.
Sancta margareta. or.
Sancta katherina. or.
Sancta anastasia. or.
Sancta fides. or.
Sancta spes. or.

Sancta karitas. or.
Sancta sapiencia. or.
Omnes sancte uirgines dei. orate pro nobis
Omnes sancti et sancte dei. orate pro nobis
Propicius esto parce nobis domine.
Ab omni malo. libera nos domine.
Ab hoste maligno. l.
Ab insidiis dyaboli. l.
A dampnatione perpetua. libera nos domine.
Ab ira et odio. l.

Ab omni mala uolunta-
te. libera nos domine.
A fulgure et tempestate. l'.
Per aduentum tuum. l'.
Per natiuitatem tuã. l'.
Per baptismum tuum. l'.
Per ieiunium tuum. l'.
Per passionem tuam. l'.
Per resurrectionẽ tuã. l'.
Per ascensionem tuã. l'.
In die iudicij. l'.
Peccatores te rogamus
audi nos.
Ut pacem nobis dones te
rogamus audi nos.


Ut peccata nostra dimitte
re digneris. Te.
Ut fructus terre dare et con
servare digneris Te.
Fili dei. Te.
Fili dei. Te.
Fili dei. Te.
Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi parce nobis dñe.
Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi exaudi nos dñe.
Agnus dei qui tollis pecca
ta mundi miserere nobis
et dona nobis pacem.
Kyrieeleyson.

Xpisteleyson.
Kyrieleyson.
Pater noster.
Et ne nos.
Sed libera nos.
Domine exaudi.
Et clamor.
Oremus. Oratio

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationē nostram ut quos delictorū cathena constringit mise ratio tue pietatis absoluat. Per xpistum dominum no

ſtrum. Amen. Oratio.
Fidelium deus omniũ
conditor et redemptor
animabus famulorum fa
mularum q; tuarum remiſ
ſionem cunctorum tribue
peccatorum : ut indulgen
tiam quam ſemper opta
uerunt piis ſupplicationi
bus conſequantur. Qui
uiuis et regnas cum deo
patre in unitate ſpiritus
ſancti deus. Per omnia
ſecula ſeculorum
Amen.

Benedicamus domino.
Deo gratias.
Pater noster



Domine labia
mea aperies.
Et os meū
annunciabit

laudem tuam.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semp̄ et in secula seculorum amen.

Patris sapientia ueritas diuina deus homo captus est hora matutina. A suis discipulis cito derelictus et iudeis uenditus

traditus afflictus

Adoramus te xpiste et benedi
cimus tibi quia per sanctam
crucem tuam redemisti mūdū

Domine ihū xpe
fili dei uiui pone pas
sionem crucem et mortem tuā
inter iudicium tuum et ani
mam meam nunc et in ho
ra mortis mee et largiri di
gneris uiuis miam et gra
ciam defunctis requiem et
ueniam ecclesie tue pacem
et concordiam et nobis pec
catoribus uitam et gliam

sempiternam. Qui uiuis.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandũ
Hora prima ductus est
ihs ad pilatum fal
sis testimoniis multum ac
cusatum In collo percutiunt
manibus ligatum uultum
dei conspuunt lumen celi
Adoramus te xpe et benedici
mus quia per sanctam crucem
tuam redemisti mundum
Domine ihu xpe fili dei
uiui pone passionem

crucem et mortem tuam inter
iudicium tuum et animam me
am nunc et in hora mortis
mee et largiri digneris uiuis
misericordiam et graciam defunctis re
quiem et ueniam ecclesie tue
pacem et concordiam et no
bis peccatoribus uitam et gloriam
sempiternam. Qui uiuis.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum
Crucifige clamitant
hora terciarum. Illu
sus induitur ueste purpurea

Caput eius pongitur co
rona spinarum crucem
portat humeris ad locum
penarum. antiphona.

Adoramus te xpiste et bene
dicimus tibi quia per sanctā
crucem tuam redemisti mūdum.

Domine oro:

Ihū xpē fili dei uiui
pone passionem crucem et
mortem tuam inter iudici
um tuum et animā meā
nunc et in hora mortis mee
et largiri digneris uiuis
miām et gratiam defunctis

requiem et ueniam ecclesie
tue pacem et concordiam et
nobis peccatoribus uitam
et gloriam sempiternam.
Deus in adiu
torium meū intende
Domine ad adiuuandū
Gloria patri et filio. hymp̄
Hora sexta ihesus est
Cruci condampnatus.
et est cum latronibꝫ pendēs
deputatus pre tormentis si
tiens felle saturatus agnus
crimen diluit sic ludificat⁹.
Adoramus te xp̄e et benedic

mus tibi quia per sanctam cru
cem tuam redemisti mundũ.
Domine ihũ xpe. Oro
Fili dei viui pone passi
onem crucem et mortem tuã
inter iudicium tuum et aĩam
meam nunc et in hora mor
tis mee et largiri digneris
viuis mĩam et graciam
defunctis requiem et veniã
et nobis pc̃oribꝫ vitam et
gloriam sempiternam. Ad
Deus in adiu nonã
torium meũ inten.
Domine ad adiuuand'.

Hora nona dominus
Ihesus expirauit hely
clamans aīam patri commē
dauit. latus eius lancea mile
perforauit terra tunc contre
muit et sol obscurauit. ant.
Adoramus te xp̄e et benedicimus
Domine ihesu xp̄e. Ad vs.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandū.
De cruce deponitur hora
uespertina fortitudo
latuit in mente diuina. Ta
lem mortem subijt uite me

diana heu corona glorie ia
cuit supma. Antiphona.
Adoramus te xpe et benedici
mus tibi quia per sanctam cru
cem tuam redemisti mundum.
Domine ihu xpe Oro
fili dei uiui pone pas
sionem crucem et mortem
tuam inter iudicium tuum
et animam meam nunc et i
hora mortis mee et largiri
digneris uiuis miam et
graciam defunctis requie
et ueniam ecclesie tue pace
et concordiam et nobis

peccatoribus uitam et gloriam
sempiternam. Qui uiuis
Conuerte nos deus sa
lutaris noster.
Et auerte iram tuam a nobis.
Deus in adiutorium me
Domine ad adiuuandum
Hora completorij da
tur sepultura corpus
xpi nobile spes uite future co
ditur aromate complentur
scripture. Iugis sit memoria
mors hec michi cure.
Has horas canonicas
cum deuocione xpe

tibi recolo pia racione ut qui
pro me passus es amoris ar
dore sis michi solacium in
mortis agone. Antiphona.
Adoramus te xpe et benedici
mus tibi quia per sanctam cruce
tuam redemisti mundum. Oratio.
Domine ihesu xpe fili dei
uiui pone passionem
crucem et mortem tuam inter iudi
cium tuum et animam meam nunc
et in hora mortis mee et lar
giri digneris uiuis misericordiam
et graciam defunctis requiem
et ueniam ecclesie tue. etc.



Domine labia
mea aperies
Et os meũ
annũciabit

Pentecoste

laudem tuam.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuandū me feſtina.

Gloria patri et filio et ſpi

Sicut erat in principio et nunc et ſemper et in ſecula ſeculorum amen.

Nobis ſancti ſpiritus gratia ſit data de qua uirginum fuit obumbrata cum per ſanctum angelum fuit ſalutata uerbum caro factum eſt uirgo fecundata.

Veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

Omnipotens sempiterne deus da nobis illam sancti spiritus graciam quam discipulis tuis i die sancto penthecostes transmisisti. Per xpm dnm

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandu me festina.

De uirgine maria
Xpus fuit natus cu

cifixus mortuus atq; tumu
latus resurgens discipulis tu
it demonstratus et ipsis cer
nentib; celis eleuatus. Vsus
Veni sancte spiritus reple tu
orum corda fidelium et tui amo
ris in eis ignem accende. Oro
Omnipotens sempiter
ne deus da nobis illā
sancti spiritus graciam quā
discipulis tuis in die sancto
penthecostes transmisisti. P.
Deus in adiu Ad sextā
torium meum intē.
Domine ad adiuuandū.

Suum ſanctum ſpiritū
deus delegauit in die
ſancto penthecoſtes ſuos confor
tauit et de linguis igneis illos
inflammauit relinquere or
phanos ipſos denegauit.
Veni ſancte ſpiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende.
Omnipotens ſempiterne
deus da nobis illam ſancti
ſpiritus graciam quam diſci
pulis tuis in die ſancto pen
thecoſtes tranſmiſiſti. Per
xpm dnm nrm amen.

Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum
me festina.
Gloria patri et filio et spi.
Septiformem graciam
tunc acceptauerunt
quare idiomata cuncta cog
nouerunt ad diuersa cli
mata mundi recesserunt. et
fidem catholicam tunc pre
dicauerunt. ant
Veni sancte spiritus reple tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. Oracio

Omnipotens sempiter
ne deus da nobis illā
sancti spiritus graciam quā
discipulis tuis in die sancto
penthecostes transmisisti.
Per xpm dnm nrm.
Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuvandu
Spiritus paraclitus fui
appellatus donum
dei caritas fons vivificatus
spiritalis unxio ignis infla
matus septiformis gracia
carisma vocatus.

Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝝ
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende. Oratio
Omnipotens ſempiter
ne deus da nobis illā
ſancti ſpiritus grām quam
diſcipulis tuis in die ſancto
penthecoſtes tranſmiſiſti. P̄
Deus in adiutorium
meum intende
Domine ad adiuuandū
me feſtina
Dextre dei digitus vir
tus ſpiritalis nos de
fendat eruat ab omnibus

malis et ne nobis noceat de
mon infernalis protegat et
nutriat foveat sub alis.
Veni sancte spiritus reple tuorū
corda fidelium et tui amoris in eis
ignem accende. Oratio.
Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam
sancti spiritus graciā quam
discipulis tuis in die penthe
costes transmisisti. p xpm.
Ad completorium.
Converte nos deus
salutaris noster.
Et averte iram tuam a

nobis.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum. amen.
Spiritus paraclitus lo
nos uelit uisitare. vir
gine eius nostros regere et illuminare ut cum deus uenerit omnes iudicare. nos ad

suam dexteram uelit appellare
Has horas canonicas
cum deuocione tibi
sancte spiritus pia racione
dixi ut nos uisites inspira
cione ut uiuamus iugiter
celi regione.
Veni sancte spiritus tuorum
corda fidelium et tui amoris in
eis ignem accende.
Omnipotens sempiter
ne deus da nobis il
lam sancti spiritus graciam
quam discipulis tuis in die
sancto penthecostes tribuisti

De sancto spiritu.

Spiritus domini repleuit orbem terrarum alleluya et hoc quod cōtinet omnia scienciam habet uocis alleluya allā allā. ps.

Exurgat deus et dissipentur inimici eius et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Aña.

Gloria patri et filio et spiritui sctō

Sicut erat in principio. Orō

Deus qui corda fidelium sancti spiritus illustracione docuisti. Da nobis in eodem spiritu recta sapere et de

eius semper sancta consolaci
one gaudere. p xpm. Lectio
actuu apostolorum
In diebz illis: Cum au
dissent apostoli qui erant ihe
rosolimis quia recepit sama
ria ubum dei: miserunt ad
eos petrum et iohannem. Q[ui]
cum uenissent orauerunt
pro ipsis ut acciperent spm
sanctum. Nondum enim in
quemqm illorum uenerat:
sed baptizati tantum erant
in nomine domini ihesu.
Tunc imponebant manus

ſuper illos: et accipiebant ſpi
ritum ſanctum.
Beata gens cuius eſt dñs de
us eorum populus quem elegit
dominus in hereditatem ſibi.
Verbo domini celi firmati ſũt
et ſpiritu oris eius oĩs uirtus eor.
Alleluya.
Veni ſancte ſpiritus reple tu
orum corda fidelium et tui amo
ris in eis ignem accende.
In. Secundũ iohem.
In illo tempore: dixit ihs
diſcipulis ſuis. Si quis dili
git me ſermonem meum

ſeruabit. et pater meus dili
get eum et ad eum uenie
mus et manſionem apud
eum faciemus. Qui non
diligit me: ſermones meos
non ſeruat. Et ſermonem
quem audiſtis non eſt meus.
ſed eius qui miſit me patris.
Hec locutus ſum uobis: apud
uos manens. Paraclitus
autem ſpiritus ſanctus quem
mittet pater in nomine meo
